



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 44. Synodi Patres in tres Ordines distributi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1546.

§. XLIV.

*Synodi Patres in tres ordines  
distributi.*

Pallav. l. c. t. 8. n. 5.

In eadem Congregatione a Legatis est propositum, quod omnes Synodi Patres in tres dividerentur cœtus, qui in singulis eorumdem Legatorum ædibus separati convenirent, priusquam ea, de quibus deliberarunt, in Congregatione generali proponerentur: Id vero fiebat ex eo, ut ibidem omnes cum majori facilitate, ac minori tumultu percipi possent, cum magis expedite, magisque libere in tribus diversis locis sententias suas promere valerent, hacque ratione citra confusionem, quam semper magnus deliberantium numerus parit, singulis pro libitu suo vel patrio, vel Latino sermone disputare liceret. Verum, ut inquit Pallavicinus, *Legatorum mens tria insuper in eo spectabat commodata.* Primum erat ratio longe facilitior moderandæ multitudinis, in tres quasi rivulos attenuatoꝝ, quam in ingentem fluvium in-

tu  
tia  
bu  
do  
re  
dia  
un  
de  
fe  
re  
M  
se  
I  
te  
g  
n  
e  
b  
r  
,

Raynaldus a Continuatore allegati recenteant, haud temere conjicimus, quod Continuator ei vel ex proprio cerebro, vel ex alio quodam putido fonte hauserit.

tumescens. Alterum erat, per eam partitionem perfringi factiones & fædera, qui-  
bus Patres irretiri possent cuiuspiam vel au-  
toritate vel arte. Postremum, quo vita-  
retur, ue quis ingenio turbulento, sed simul  
dicendi vehementia & eloquentia præditus,  
universum Conventum ad aliquid perniciosum  
deregente impelleret. His ita dispositis  
feligebantur illi Præsules, ex quibus hæ  
tres classes constarent, hancque in  
rem unanimi suffragio decretum, quod  
Madrutius & Pachcecus ad hosce con-  
fessus suos Deputatos alegarent.

## §. XLV.

*Ibidem adiunctorum de Symbolo, & dif-  
ferenda Decreti executione.*

Igitur juxta prescriptam a Patribus nor- *Pallav. l. c.*  
mam die secunda Februarii in Le<sup>a</sup>-<sup>n</sup> 6. & 7.  
torum ædibus privati incipiebant con-  
gressus, in quibus præprimis Patrum  
nonnulli Decretum circa dogmatum &  
emendationis examen differri postula-  
bant. Ad quod Legati hunc in modum  
responderunt: „ Hæc petitio nobis æ-  
„ quissima videtur, cum plures adhuc E-  
„ piscoli ac Germaniæ Principes prope-  
„ diem sint adventuri, simulque Episco-  
„ pus Patavinus Romanorum Regis Le-  
„ gatus sese itineri jamjam accinxerit,  
„ ac proxime ex Galliis Francisci Regis  
„ Ora-